

Codice Diplomatico Longobardo I, 5

In nomine domini nostri Iesu Christi saluatoris. Beatissimo ac reuerendissimo in Christo patre domno Eusebio in Cremonensi cathedra presidente. Cathaldus uenerabilis et reuerentissimus archidiaconus Sancte Marie Cremonensis ecclesie, filius gloriosi uiri Liutprand dux de ista ciuitate Cremona, nomine suo et fratrum suorum uenerabiles ac reuerentissimi, scilicet Cassiodorus archipresbiter, Alphridus, Aribertus, Graziosus, Iohannes, Bradeneus et Sigismundus presbiteri, nec non et Eriprandus, Lupo, Ambroxius, Adam, Bernardus et Urso diaconi eiusdem Sancte Marie matre Cremonensis ecclesie, dedisset et tradedisset affiteutico ut liuellario nomine per annos secutivos decem bono omni Reginaldo, qui uocatur monetario, scilicet ad tinendum, abitandum et meliorandum, unam domum cum horto insimul tinente; iacet in ista ciuitate Cremona, scilicet in burgo Sancti Syri; que iuris est eiusdem Sancte Marie matre. iccirco idem qui supra Reginaldus, qui uocatur monetario, nomine suo et beredum ut proheredum suorum promisit eidem uenerabili ac reuerentissimo Cathaldo sancte Cremonensis ecclesie archidiacono, quod meliorata reddet ipsa domum post secutivos annos decem. et interim idem Reginaldus eidem uenerabili archidiacono promissus est, ut confessus, quod singulo anno soluet ipsis presbiteris et diaconis de ordine Sancte Marie Cremonensis ecclesie, in die dormicionis eiusdem beate Mariae, in ipsa ecclesia Cremonensi, pro ficto liuellario, soldo quinque monete bone et expendiuiile. Unde, cum consensu et parauola iam diti beatissimi ac reuerentissimi patris nostri Eusebii episcopi, charta de iam dicta affitheusi, cum supradictis condicionibus, mihi Ulderico notario eiusdem sancte ecclesie Cremonensis et in eadem ecclesia subdiaconus scribere relicta est. Acto ista ciuitate Cremona, in laubia eiusdem Sancte Marie, anno regni excellentissimi Rhotharii regis decimo quinto, die sexta iulii, indictione octaua. Signum + manus ipso Reginaldo, qui dicitur monetario. + Cathaldus gratia Dei sancte Cremonensis ecclesie archidiaconus, qui hanc cartam fieri rogauit. Signum + + + manus Theoperth, Ambroxio et Petro testes. + Uldericus notarius sancte ecclesie Cremonensis et eiusdem ecclesie subdiaconus rogatus scripsi. + Leo diaconus.